des

Königlichen Evangelischen Gymnasiums

in

Gr.-Glogau

für das Schuljahr von Ostern 1870 bis Ostern 1871.

Inhalt:

1) De locis aliquot primi idyllii Theocritei difficilioribus von dem Gymnasiallehrer Adrian.
2) Schulnachrichten vom Director.

Ostern 1871.

Druck von Eduard Mosche in Glogau.

Lectori S. D. auctor.

Quod primum mihi proposueram quum cogitarem de disputatione aliqua litteris mandanda, quam facere possem adcuratissime quaerere quanta esset scholiorum Theocriteorum ab I. Aderto ex codice Genevensi a. 1843. Turici editorum praestantia, quamquam operis prima iam posueram fundamenta, tamen intermisi. Belli enim illius nefarii et detestabilis quod Francogallorum foeda perfidia exortum est tumultus atque furor primum tanto opere animum meum excitabant et exagitabant, ut eum consistere non sinerent eamque tranquillitatem depellerent, quae necessaria est ad opus perficiendum eiusmodi, quod est cum summa difficultate coniunctum. Accedebat, quod et ipse per aliquod tempus, et per feriatos quidem dies, militabam et procul domo aberam.

Quapropter domum reversus quum tempus urgeret necessitate coactus difficiliori et longiori quaestione de scholiis intermissa aliam saltem materiam inveniendam esse putavi de qua aliquid scriberem. Ita a scholiasta ad poetam ipsum reverti, ad Theocritum, et locos aliquot primi idyllii difficiliores tractare institui non viris scripturus doctis, sed vel discipulis gymnasiorum superiorum ordinum vel adulescentulis studio philologiae operam daturis. —

Genuina quam quaerimus lectio res est in facto posita, eodemque modo quo aliae res factae erui ex monumentis fide dignis debet. **Carolus Schneider.**

Elegans imprimis et luculentum quum totum hoc idyllium est, tum praeclarum illud Thyrsidis carmen, quod v. 64 incipit et maximam idyllii partem efficit. Initium facit poeta a prologo, qui colloquium continet caprarii cuiusdam et Thyrsidis pastoris mutuas sibi laudes tribuentium (vv. 1—11). Thyrsis a caprario petit, ut carmen fistula canat (vv. 12—14), quod hic Panis ex venatione requiescentis iram metuens recusat (15—18) vicissimque Thyrsin rogat, ut Daphnidis mortem, quam ipse viderit, (vide infra) carmine celebret, praesertim quum canendi arte omnes superet (19—21). Quod si fecerit Thyrsis, capram se ei geminos parturam pulcrumque poculum daturum pollicetur caprarius, in cuius poculi pulcritudine describenda multus est (22—63). Iam Thyrsis condicionibus silentio acceptis v. 64. Musis invocatis carmen orditur.

Sed nescio quomodo factum sit, ut viri doctissimi, qui diligentissime quum totum Theocritum tum hoc primi idyllii carmen praeclarissimum tractarunt, fere nihil de ordinandis singulis strophis commemorarent. Quocirca accuratius de stropharum ordine loquar necesse est; nam hoc persuasissimum habeo eas ita sine ulla lege et arte divisas, ut in omnibus quas novi editionibus inveniuntur, Graecae artis convenientiam laedere. Quum autem nuper Mauritius Hauptius in Mus. Rhen. fascic. 2 p. 260 sqq. quam optime et sagacissime de hac re disseruerit atque ego ei non possim non assentiri, ad eius dissertationem revoco satis habens quae iam invenit Hauptius paucis commemorasse.

Primos duo versus (64. 65)

Ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς!
Θύρσις ὅδ' ὡξ Αἴτνας, καὶ Θύρσιδος ἁδ' ἁ φωνά.

totius carminis exordium esse manifestum est, e quibus intercalaris versus ante unam quamque repetitur novam stropham. Graviter iam atque acriter prologus carminis incipit ab interrogationibus (66, 67), quas sententia versibus 68, 69. absoluta apte intercalaris sequitur versus *ἄρχετε βουκολικᾶς κ. τ. λ.* Atque si quaeris quaenam altera huic respondeat strophae, inspicias, quaeso, vv. 138—141. *χὼ μὲν τόσσ' εἰπὼν ἀπεπαύσατο — τὸν Μοίσαις φίλον ἄνδρα τὸν οὐ Νύμφαισιν ἀπεχθῆ*, qui pariter atque versus 66—69. totum carmen incipiunt,

(prologum continent), carmen finiunt, (epilogum continent). Nam hoc mihi certe nemo obiiciet versus τῆνον μὰν θῶες — ἔκλαυσε θανόντα primae respondere strophae, quibus ipsis convenire versus 74. 75. docemur iam anaphorae forma (τῆνον-τῆνον et πολλαί-πολλαί). Deinde versus 76. usque ad v. 83. omisso intercalari 79. in unam coniungendi sunt stropham, cui respondet illa quam efficiunt versus 84—91. iterum omisso intercalari 89. Cur haec versuum partitio apta videatur, Hauptium satis perspicue exposuisse arbitror, ut ei assentiri possim, modo ne vehementer offendat Ζατεῦσ' ἆ cet., quod mutat in Ζατεῦσαι. δύσερως cet., pro quo potius scripserim ζατεῖ σ'· ἆ δύσερως (v. infra). Thyrsidi enim iam novi aliquid adlaturo (ἄρχετε βουκολικᾶς —) — Thyrsis autem Priapum haec canentem facit — iterum in mentem venit miserae puellae pariter Daphnidis amore ardentis atque ille eius desiderio flagrat. Idcirco postquam iam in antecedenti stropha dixit: ἁ δέ τε κώρα πάσας ἀνὰ κράνας, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται, addit his quasi rem etiam maioris momenti: Ζατεῖ σε, „immo ipsa te quaerit, quum tuum sit eam ubique quaerere; tu vero hic iaces miser et tabescens itaque amore deperditus, ut nihil facias teque puellamque morti devoveas.“ — Quo sensu contra Ζατεῦσαι formam intellegi velit Hauptius, quum ipse taceat, plane nescio. Universum hunc locum tam diversis coniecturis tentaverunt viri doctissimi (cf. interprett. ad h. l.), ut difficilis sit ad expediendum. vid. infra. — Qui deinceps sequuntur versus 92. 93. primam carminis tripartiti partem absolvunt. — Quoniam modo trium partium in quas secundum et argumentum et formam hoc carmen dividendum est mentionem feci, statim iis qui haec legent hanc divisionis rationem probare conabor.

In prima quae versu 93. finitur parte narratur non solum bubulcos, opiliones, caprarios atque qui horum omnium tutor est Priapum et Mercurium, Daphnidis patrem, ad tabescentem morientemque Daphnin venisse et eum benigne adlocutos esse, ut dolorem suum ei declararent, sed etiam feras silvestres bestias mota pectora mugitu testatas, boves et vitulos ad pedes eius lamentatos esse; illum autem iam absumptum et propemodum moribundum nihil omnibus respondisse. cf. vv. 92, 93:

τὼς δ' οὐδὲν ποτελέξαθ' ὁ βουκόλος, ἀλλὰ τὸν αὐτῶ
ἄνυε πικρὸν ἔρωτα, καὶ ἐς τέλος ἄνυε μοίρας. —

Sed simulatque, ut ad alteram carminis partem veniam, (vv. 95—113) invisa adest Cypris misero adridens, odii vis acerbissimi colligit quidquid superest virium: erigitur, exardescit, mordet, pungit illam turpissimis opprobriis. Tum exhaustus, quum iam appropinquare mortem sentiat, divinum illum divinus homo cantum edit (quem in tertia parte legimus), quo quae dilexerat valere iubet, — quos versus imitatus esse videtur Schillerus noster in celeberrimo illo monologo virginis Aurelianae —: ubi dixit, collabentem, exspirantem videmus

τὸν Μοίσαις φίλον ἄνδρα, τὸν οὐ Νύμφαισιν ἀπεχθῆ.

Quum ex ipso iam argumento tripartitam illam a Mauritio Hauptio propositam divisi-

onem manifestam esse probavimus, tum versuum forma eam postulare videtur. Omnes enim editores sine ullo iure duo in textum receperunt versus intercalares:

ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς

et inde a v. 127.

λήγετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς,

quum in optimis codd. m. script. praeter hos iam post v. 72. etiam tertius legatur:

ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, πάλιν ἄρχετ' ἀοιδᾶς.

In aliis codd. post v. 83. ei locus est. Sed post v. 83. cur ponatur causa adferri nulla potest; aptius statim post v. 72. primo intercalari semel repetito cum Brunckio

ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, πάλιν ἄρχετ' ἀοιδᾶς

scripserim, quamquam vereor ne, quum intercalaris ille

λήγετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς

saepius legatur, primo semel repetito pulcerrima totius carminis aequabilitas mirum quantum turbetur. Itaque, quia supra vidimus argumentum natura sua tripartitum esse, non iam dubitabimus, quin vel ipsa forma, praesertim quum optimi codd. m. scr. nos adiuvent, hanc tripartitam divisionem indicatam fuisse arbitremur. Quod fit, si v. intercalarem

ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, πάλιν ἄρχετ' ἀοιδᾶς

in alterius partis fronte primum collocamus, i. e. post vv. 92. 93:

τὼς δ' οὐδὲν ποτελέξαθ' ὁ βουκόλος, ἀλλὰ τὸν αὐτῶ
ἄνυε πικρὸν ἔρωτα, καὶ ἐς τέλος ἄνυε μοίρας.

Incipit deinceps altera carminis pars a duabus strophis *τετραστίχοις* (vv. 95—98 et interiecto intercalari 100—103). Qui sequuntur versus, quos paullo audacius Hauptius adgressus est, ita tamen, ut nihil impediat quominus ei assentiamur, (vide eius doctam et accuratam dissertationem l. l.) omissis vv. 107—110. duabus strophis *διστίχοις* inserendi esse videntur:

104. ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, πάλιν ἄρχετ' ἀοιδᾶς!
105. οὐ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βουκόλος —; ἕρπε ποτ' Ἴδαν,
106. ἕρπε ποτ' Ἀγχίσαν. τηνεῖ δρύες, ὧδε κύπειρος.
111. ἄρχετε β. Μ. π. ἄ. ἀ.
112. αὖθις ὅπως στασῇ Διομήδεος ἄσσον ἰοῖσα,
113. καὶ λέγε· τὸν βούταν νικῶ Δάφνιν, ἀλλὰ μάχευ μοι! —

Ab insequenti stropha *τετραστίχῳ* qua Daphnis silvestribus bestiis supremum valedicit tertia pars incipit, quae versu intercalari

λήγετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς

indicatur. — In omnibus quidem editionibus hic v. intercalaris post v. 126. demum positus est (exceptis Ziegler. et Ameis.); at immerito, quia ibi sententiarum nexum turbat. Huic

primae strophae respondent vv. 123--126. ὦ Πὰν Πάν — τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγατόν. At audio obiicientem: quid tibi cum versibus 120. 121?

Δάφνις ἐγὼν ὅδε τῆνος ὁ τὼς βόας ὧδε νομεύων,
Δάφνις ὁ τὼς ταύρως καὶ πόρτιας ὧδε ποτίσδων!

Sic quaerenti facile erit ad respondendum. Primum enim hi duo versus quos epitaphium esse editores putarunt sic positi, ut sunt, prorsus nec cum antecedentibus nec cum sequentibus cohaerent: quamobrem Godofredus Hermannus nonnullos versus deesse recte statuit; deinde vero Daphnis quibusnam huius epitaphii curam mandarit, qui ne hilum quidem nec pastoribus nec diis mortis causam benigne quaerentibus respondit? Daphnis, inquam, qui Venerem acerbissime irrisit, Daphnis, qui solas feras bestias dignas iudicavit quibus valediceret? Consideres contra vv. 128—130; quibus aliis tribus versibus in stropham conclusis respondeant? Frustra quaeres. Sed adde his, quaeso, stropharum ordinem tollentibus versibus duo illos: *Δάφνις ἐγὼν — ὧδε ποτίσδων.* 120. 121., qui accuratissime cum iis cohaerent, nonne stropham vides quinque *στίχους* continentem? nonne aliam huic optime aptissimeque respondentem eodem *στίχων* numero? (vv. 132—136.)

Quae sola superest stropha *τετράστιχος* (vv. 138—141) epilogum continet respondetque prologo, ut iam supra monui, vv. 66—69: *πᾷ ποκ' ἄρ' ἦθ', — οὐδ' Ἄκιδος ἱερὸν ὕδωρ.* Sic omnia pulcerrime cohaerent ac strophica arte, quam in omnibus editionibus desideramus, praeclarum redditur carmen.

Incipit Thyrsis carmen a Musarum invocatione,

ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς!

absolvit carmen eas invocans

λήγετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς;

habes ante prologum pauca verba ad Thyrsin ipsum spectantia,

Θύρσις ὅδ' ὡξ Αἴτνας, καὶ Θύρσιδος ἁδ' ἁ φωνά,

habes post epilogum:

σπείσω ταῖς Μοίσαις. ὦ χαίρετε πολλάκι, Μοῖσαι,
χαίρετ'· ἐγὼ δ' ὔμμιν καὶ ἐς ὕστερον ἅδιον ᾀσῶ;

habes tum prologum (vv. 66—69), habes epilogum (vv. 138—141); sequitur Daphnidis mortis descriptio in tres divisa partes, quarum unaquaeque suum habet versum intercalarem singulasque strophas sibi accuratissime respondentes. Quid amplius vis? tamen his expositis editionum ordinem vel potius ordinis perturbationem mavis? —

Exordium.

64. **Ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς!**
65. **Θύρσις ὅδ' ὡξ Αἴτνας, καὶ Θύρσιδος ἅδ' ἁ φωνά. —**

Prologus.

66. *Πᾷ ποκ' ἄρ' ἦθ', ὅκα Δάφνις ἐτάκετο, πᾷ ποκα Νύμφαι;*
67. *ἦ κατὰ Πηνειῶ καλὰ τέμπεα, ἦ κατὰ Πίνδω;*
68. *οὐ γὰρ δὴ ποταμοῖο μέγαν ῥόον εἴχετ' Ἀνάπω,*
69. *οὐδ' Αἴτνας σκοπιάν, οὐδ' Ἄκιδος ἱερὸν ὕδωρ.*

Pars I.

Stropha I.

70. *Ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς!*
71. *τῆνον μὰν θῶες, τῆνον λύκοι ὠρύσαντο,*
72. *τῆνον χὠκ δρυμοῖο λέων ἔκλαυσε θανόντα.*

Antistropha I.

73. *Ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς!*
74. *πολλαί οἱ πὰρ ποσσὶ βόες, πολλοὶ δέ τε ταῦροι,*
75. *πολλαὶ δ' αὖ δαμάλαι παὶ πόρτιες ὠδύραντο.*

Stropha II.

76. *Ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς!*
77. *ἦνθ' Ἑρμᾶς πράτιστος ἀπ' ὤρεος, εἶπε δέ· Δάφνι,*
78. *τίς τυ κατατρύχει; τίνος, ὠγαθέ, τόσσον ἔρασσαι;*
80. *ἦνθον τοὶ βοῦται, τοὶ ποιμένες, ᾡπόλοι ἦνθον·*
81. *πάντες ἀνηρώτευν, τί πάθοι κακόν. ἦνθ' ὁ Πρίηπος*
82. *κἤφα· Δάφνι τάλαν, τί τὺ τάκεαι; ἁ δέ τε κώρα*
83. *πάσας ἀνὰ κράνας, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται.*

Antistropha II.

84. *Ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς!*
85. *Ζατεῖ σ' — ἆ δύσερώς τις ἄγαν καὶ ἀμήχανος ἐσσί.*
86. *βούτας μὰν ἐλέγευ·νῦν δ' αἰπόλῳ ἀνδρὶ ἔοικας.*

87. *ᾡπόλος ὄκκ' ἐσορῇ τὰς μηκάδας οἷα βατεῦνται,*
88. *τάκεται ὀφθαλμὼς, ὅτι οὐ τράγος αὐτὸς ἔγεντο·*
90. *καὶ τὺ δ' ἐπεί κ' ἐσορῇς τὰς παρθένος οἷα γελᾶντι,*
91. *τάκεαι ὀφθαλμὼς, ὅτι οὐ μετὰ ταῖσι χορεύεις.*

---

92. *Τὼς δ' οὐδὲν ποτελέξαθ' ὁ βουκόλος, ἀλλὰ τὸν αὐτῶ*
93. *ἄνυε πικρὸν ἔρωτα, καὶ ἐς τέλος ἄνυε μοίρας.*

Pars II.

Stropha I.

94. *Ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, πάλιν ἄρχετ' ἀοιδᾶς!*
95. *ἦνθέ γε μὰν ἁδεῖα καὶ ἁ Κύπρις γελάοισα,*
96. *λάθρη μὲν γελάοισα, βαρὺν δ' ἀνὰ θυμὸν ἔχοισα,*
97. *κεἶπε· τύ θην τὸν Ἔρωτα κατεύχεο, Δάφνι, λυγίξειν·*
98. *ἦ ῥ' οὐκ αὐτὸς Ἔρωτος ὑπ' ἀργαλέω ἐλυγίχθης;*

Antistropha I.

99. *Ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, πάλιν ἄρχετ' ἀοιδᾶς!*
100. *τὰν δ' ἄρα χὠ Δάφνις ποταμείβετο· Κύπρι βαρεῖα,*
101. *Κύπρι νεμεσσατά, Κύπρι θνατοῖσιν ἀπεχθής·*
102. *ἤδη γὰρ φράσδῃ πάνθ' ἅλιον ἄμμι δεδύκειν;*
103. *Δάφνις κὴν Ἀΐδα κακὸν ἔσσεται ἄλγος Ἔρωτι.*

Stropha II.

104. *Ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, πάλιν ἄρχετ' ἀοιδᾶς!*
105. *οὐ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βουκόλος —; ἕρπε ποτ' Ἴδαν,*
106. *ἕρπε ποτ' Ἀγχίσαν. τηνεῖ δρύες, ὧδε κύπειρος.*

Antistropha II.

111. *Ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, πάλιν ἄρχετ' ἀοιδᾶς!*
112. *αὖθις ὅπως στασῇ Διομήδεος ἆσσον ἰοῖσα,*
113. *καὶ λέγε· τὸν βούταν νικῶ Δάφνιν, ἀλλὰ μάχευ μοι!*

Pars III.

Stropha I.

114. *Λήγετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς!*
115. *ὦ λύκοι, ὦ θῶες, ὦ ἀν' ὤρεα φωλάδες ἄρκτοι,*
116. *χαίρεθ'. ὁ βουκόλος ὔμμιν ἐγὼ Δάφνις οὐκέτ' ἀν' ὕλαν,*
117. *οὐκέτ' ἀνὰ δρυμώς, οὐκ ἄλσεα. χαῖρ' Ἀρέθοισα,*
118. *καὶ ποταμοί, τοὶ χεῖτε καλὸν κατὰ Θύμβριδος ὕδωρ.*

Antistropha I.

119. *Λήγετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς!*
123. *ὦ Πὰν Πάν, εἴτ' ἐσσὶ κατ' ὤρεα μακρὰ Λυκαίω,*
124. *εἴτε τύγ' ἀμφιπολεῖς μέγα Μαίναλον, ἔνθ' ἐπὶ νᾶσον*
125. *τὰν Σικελάν, Ἑλίκας δὲ λίπε ῥίον αἰπύ τε σᾶμα*
126. *τῆνο Λυκαονίδαο, τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγατόν.*

Stropha II.

127. *Λήγετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς!*
128. *ἔνθ', ὦναξ, καὶ τάνδε φέρ' εὐπάκτοιο μελίπνουν*
129. *ἐκ κηρῶ σύριγγα καλάν, περὶ χεῖλος ἑλικτάν.*
130. *ἦ γὰρ ἐγὼν ὑπ' Ἔρωτος ἐς Ἅιδαν ἕλκομαι ἤδη,*
120. *Δάφνις ἐγὼν ὅδε τῆνος ὁ τὰς βόας ὧδε νομεύων,*
121. *Αάφνις ὁ τὼς ταύρως καὶ πόρτιας ὧδε ποτίσδων.*

Antistropha II.

131. *Λήγετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς!*
132. *νῦν δ' ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι,*
133. *ἁ δὲ καλὰ νάρκισσος ἐπ' ἀρκεύθοισι κομάσαι·*
134. *πάντα δ' ἔναλλα γένοιτο, καὶ ἁ πίτυς ὄχνας ἐνείκαι,*
135. *Δάφνις ἐπεὶ θνάσκει· καὶ τὼς κύνας ὥλαφος ἕλκοι,*
136. *κἠξ ὀρέων τοὶ σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο.*

Epilogus.

137. *Λήγετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς!*
138. *χὼ μὲν τόσσ' εἰπὼν ἀνεπαύσατο· τὸν δ' Ἀφροδίτα*

139. *ἤθελ᾽ ἀνορθῶσαι· τά γε μὰν λίνα πάντα λελοίπη*
140. *ἐκ Μοιρᾶν, χὠ Δάφνις ἔβα ῥόον. ἔκλυσε δίνα*
141. *τὸν Μοίσαις φίλον ἄνδρα, τὸν οὐ Νύμφαισιν ἀπεχθῆ.* —

142. *Λήγετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, ἴτε, λήγετ᾽ ἀοιδᾶς!*
143. *Καὶ τὺ δίδου τὰν αἶγα τό τε σκύφος, ὥς κεν ἀμέλξας*
144. *σπείσω ταῖς Μοίσαις. ὦ χαίρετε πολλάκι, Μοῖσαι,*
145. *χαίρετ᾽· ἐγὼ δ᾽ ὔμμιν καὶ ἐς ὕστερον ἅδιον ᾀσῶ.* —

Vers. 15. *οὐ θέμις, ὦ ποιμήν, τὸ μεσαμβρινὸν, οὐ θέμις ἄμμιν συρίσδεν.* —

Hunc versum interpretes, praesertim Wuestemannus, falso intellexisse mihi videntur. Wuestemannus enim ad hunc locum explicandum adnotavit: „vulgarem hanc fuisse apud veteres superstitionem, ex qua sibi caverent, ne tempore meridiano" quum„ deorum" omnium tum Panis iracundi dei et propter morum asperitatem pastoribus maxime metuendi „quietem turbarent." Et in hac quidem nostri loci explicatione acquievit. Ad epigramma autem quartum:

τήναν τὰν λαύραν, τόθι ταὶ δρύες, αἰπόλε, κάμψας κ. τ. λ.

uberius etiam suam sententiam in adnotatione exposuit; ubi haec sunt eius verba: „Sed aliud est: cur caprario mandat preces ad deum Lampsacenum facere? Ob id credo, quod caprarii in singulari Panis et Priapi tutela erant, pastores non item. Hinc explica illud, quod caprarius apud Theocritum id. I. 15. meridie fistula canere non audet, verens ne Panem ex somno suscitet; at ovium pastor id permissum putat epigr. V." At quo nititur maxime Wuestemannus, epigr. V., id nullo modo confirmat hanc sententiam; nam illic pastor quidam *πακτίδα* pulsans alium pastorem provocat, ut secum duplicibus aulis (*διδύμοις αὐλοῖσιν*) canat ad Pana ex somno suscitandum. Illi igitur pastores sive vehementissima exsultatione sive ira adducti, quod deus ipsorum votis haud propitium se praebuerit, de industria Panis iram excitare student canendo tibiis. Et haec quidem nota est res praecipue Pana deum, si quando minus praestitisset quam quod piis precibus ab eo postulatum esse videretur, adeo contumeliose ab hominibus esse tractatum. Quam vero sententiam cum Heinsio Wuestemannus communem habet caprarios in singulari Panis tutela fuisse, iam diu ea refutata est exemplis a Kiesslingio. cf. Vergil. I. georg. 17. Ovid. Fast. II. 277, 599. —

Jam vero ad nostrum locum recte intellegendum duo sunt maxime tenenda et urgenda, alterum, quod Thyrsis in antecedentibus vv. dicit: *λῆς, αἰπόλε — συρίσδεν*, alterum, quod v. 23. legitur: *αἰ δέ κ᾽ ἀείσῃς.* Discrimen igitur statuitur non inter pastorem et caprarium, sed inter verba *συρίσδεν* et *ἀείδειν.* Fistula stridentem (schreiend, grell) sonum

edente canere non permissum erat tempore meridiano, ubi Pan defesso corpore vires reficere solebat placido somno; cantilenam autem dulcem unicuique eo tempore cantare licebat, praesertim quum sciamus sacerdotes ipsos hymnis aliisque cantibus diis somnum adducere solitos esse. Hoc modo iam scholiastes haec verba intellexisse videtur; scribit enim: *οὐ γὰρ ταὐτό ἐστι τὸ συρίζειν τῷ ᾄδειν. ἀλλὰ συρίζειν μέν ἐστι τὸ διὰ σύριγγος μέλπειν, ᾄδειν δὲ τὸ κοινῶς τραγῳδεῖν. τὸ τῇ σύριγγι δὲ χρῆσθαί φησι μὴ πρέπον εἶναι κατὰ τὸ μεσημβρινὸν κ. τ. λ.*, et, teste Kiesslingio, Niclasius, qui recte statuit non male censuisse scholiastas non tam vocis modulationem humanae pertinuisse ad somnum Panis interrumpendum, quam sonum fistulae pastoriciae stridentem. —

Versus 19: *ἀλλὰ τὺ γὰρ δή, Θύρσι, τὰ Δάφνιδος ἄλγεα εἶδες* —

Valde in hoc versu legendo codd. inter se fluctuant, quod iam schol. ad. h. l. testatur dicens: *τὸ „ἄλγὲ ἄειδε“ τριχῶς εὕρομεν γεγραμμένον ἐν τοῖς παῤ ἡμῖν ἀντιγράφοις· δηλονότι „ἄλγὲ ἄειδες“, „ἄλγὲ ἄειδε“ καὶ „ἄλγεα εἶδες“ ὃ καὶ βέλτιον κ. τ. λ.* — Imperativum „*ἄλγὲ ἄειδε*“ praebent codd. Palat. apud Zieglerum, Pariss. 1. sive P., 10. sive M. et qui ex posteriore descriptus est cod. No. 2812. sive K. apud Gailium, praeterea tres Anglicani, Philipps. Cantab. Harles. apud Wordsworthium; deinde editiones Mediolanens. a. 1493. (a Demetrio Chalcondyla edita) et Aldina, Venet. 1495., Camerar., Brub. — „*Ἄλγε᾽ ἄειδες*“ habent codd. Vatican. B. C., Medic., Mediolan. 2., margo Palatini; cod. Mediol. 1. *ἄλγε ἄειδες* sine apostropho, sed in hoc super *ει* aliquid erasum est, ita ut Zieglerus, ut ipse dicit in editione, non dubitet, quin prima manus dederit *εἶδες*. Hanc lectionem primus in editionem recepit Calliergus (a. 1516.); quem sequitur Koehlerus, Ameisius, pluribus, ut ipse dicit in editionis praefatione p. VI. not., bonae notae (etiam Vindobon. d.) codicibus nitens. — Lectionem denique „*ἄλγεα εἶδες*“, quam primus dedit Junta a. 1515., Henr. Stephanus, Valckenarius, Reiskius, Jacobsius, Schaeferus, Dahlius, e recentioribus Kiesslingius, Wuestemannus, Zieglerus, Meinekius alii praetulerunt et suo, ut mihi videtur, iure. — Nam primum quidem, quod ad codd. auctoritatem adtinet, quis est quin videat exigui esse momenti, habeantne illi *αλγε αειδες* an *αλγεα ειδες*, quum sciamus utramque lectionem eodem modo in chartis scribi. Quis enim dubitet quin antiquissimis libris manu exaratis hic v. ita sit scriptus:

ΑΛΛΑΤΥΓΑΡΔΗΘΥΡΣΙΤΑΔΑΦΝΙΔΟΣΑΛΓΕΑΕΙΔΕΣ

nullo spatio inter singula eius verba interiecto, nulla interpunctione, nullo apostropho admissis? Grammatici autem aliive viri docti, qui ex eiusmodi antiquis libris hauriebant, sive eos describebant sive legebant, quo facilius singula verba, singulas formas discernere possent, separabant verba, interpungebant ubi necessarium iis videbatur, apostropho aliisque signis utebantur prouti verba pro suo quisque iudicio saepius haud recto, haud apto intellegebat. Sic et singulos locos et totos libros ad legendum vel describendum minus peritis aptiores reddere conabantur: et hinc illae lacrymae! nam hoc modo saepissime ver-

bis maxima inferebatur vis. — Deinde vero quomodo ii, qui lectiones ἄλγε' ἄειδες et ἄλγε' ἄειδε in textum receperunt, eas defenderunt et sententiam suam confirmarunt? Ita credo, ut ex iis quae afferunt plane contrarium sequi videatur. Calliergus et Koehlerus, quantum equidem scio, nihil dicunt; sed audiamus Ameisium, eorum imitatorem, l. l. disserentem: „quam ego ex pluribus bonae notae codd. reposui lectionem ἄλγε' ἄειδες, eam confirmare videtur versus 24. et Vergilius in eclog. V. v. 10. „habes laudes". Itane? quanam voce versus 24. lectio ἄλγε' ἄειδες confirmatur? fortasse verbis ποτὶ Χρόμιν ᾆσας ἐρίσδων. Minime. Sed quibusnam aliis? nullo. Examinemus igitur accuratius versum 24., fortasse tamen Ameisio adstipulabimur. Verba haec sunt:

— — — αἰ δὲ κ' ἀείσῃς,
ὡς ὄκα τὸν Λιβύαθε ποτὶ Χρόμιν ᾆσας ἐρίσδων,
αἶγά τέ τοι δωσῶ κ. τ. λ. vv. 23. 24. 25.

i. e. „quodsi cecineris ut quum contendens cum Chromide Libyco cecinisti, capram tibi dabo" cet. Ex his verbis nihil profecto aliud concludi potest nisi: Thyrsin aliquando contra Chromin quendam Libycum congressum esse canentem, et quidem pulcre, praeclare canentem; alioquin enim caprarius non postularet ut eodem modo caneret. Quodsi pariter pulcre cecinerit Thyrsis ac tunc, se ei honoris causa capram aliasque res magni pretii daturum caprarius pollicetur. Hic sensus verbis subest. Thyrsin igitur iam antea praeclare cecinisse et in bucolico carmine ulterius progressum esse v. 24. docemur, neutiquam autem eum iam semel (et quidem tunc quum cum Chromide cantando certavit) Daphnidis dolores cantu celebrasse; id quod nostro loco ab eo postulatur. Itaque hic versus lectionem ἄλγε' ἄειδες non confirmat, ut Ameisio videtur.

Neque magis Ameisii lectio adiuvatur Vergilii loco supra adlato. In ecloga V. pariter atque hic duo conveniunt pastores, quorum Menalcas a Mopso petit ut secum invicem canat et prior incipiat. Sunt verba Menalcae inde a v. 10. usque ad 12. haec:

Incipe, Mopse, prior: si quos aut Phyllidis ignis
Aut Alconis habes laudes aut iurgia Codri:
Incipe; pascentis servabit Tityrus haedos.

Haec verba tantum abest ut Ameisii lectionem confirment, ut nostram sententiam adiuvent; nam „si Alconis habes laudes" nonne idem est ac, si quid nosti — seu videris seu audiveris — de Alcone dignum quod carmine celebretur, laudetur? si quid fecit ille vel passus est laude dignum, dignum quod posteritati carmine tradatur; pariter, addo, dignum cantu ac Daphnidis mors miserrima?

Brevius etiam eorum refellere possumus sententiam qui ἄλγε' ἄειδε scripserunt, quae lectio nescio an vel scribarum neglegentia vel aliquo errore orta sit. Sed ut concedamus aliter se rem habere, num imperativi formam poeta posuisse possit? Minime; nam plane absurdum est dicere: „tu, Thyrsi, Daphnidis dolores canta et progressus es ulterius in

bucolico carmine". Haec vero est ineptissima anacoluthia quae umquam audita est: et Theocritumne, poetam venustissimum et elegantissimum eam adhibuisse?

Jam vero omnis de hoc loco intellegendo tollitur dubitatio, si legimus:

ἀλλὰ τὺ γὰρ δή, Θύρσι, τὰ Δάφνιδος ἄλγεα εἶδες.

Sic optimus et aptissimus exsistit sensus: „sed (scil. huc ades et canta), tu enim profecto, Thyrsi, Daphnidis (scil. amore contabescentis) dolores vidisti et in bucolico carmine ulterius progressus es" cet. — Jam quo magis adpareat hanc lectionem optimam et aptissimam esse sententiarum nexum inde a v. 15. nobis in memoriam revocemus. Thyrsidi oranti ut carmen fistula caneret caprarius responsum erat: id non permissum esse tempore meridiano. Quo facto caprarius vicissim Thyrsin hortatur ut carmen canat, quod omnibus liceat. Sed sola adhortatione non contentus caprarius duas statim addit causas, cur Thyrsis omnium vel maxime et optime canere possit; unam, quod aptissimam et pulcerrimam habeat cantandi materiam — *τὺ γὰρ δὴ τὰ Δάφνιδος ἄλγεα εἶδες* —, alteram, quod iam ulterius progressus sit in canendi arte — *καὶ τᾶς βουκολικᾶς ἐπὶ τὸ πλέον ἵκεο Μοίσας* —, ut iam semel demonstraverit, quum contra Chromin Libycum congressus esset cantando. Quodsi pariter praeclare nunc cecinerit atque olim cum Chromide contendens, res summi pretii se ei daturum pollicetur caprarius. — Sic igitur omnia optime quadrant.

Versus 45.—51. *τυτθὸν δ' ὅσσον — ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ.* —

Hic locus plures exhibet difficultates, quapropter accuratius tractandus est. Promiserat caprarius, si Daphnidis mortem obeuntis dolores Thyrsis caneret, capram se ei daturum esse pulcrumque poculum. Cuius in pulcritudine describenda longior est. Quamobrem fuerunt qui Theocritum vituperarent, quod nimium versatus esset in exornandis rebus ad argumentum ipsum haud pertinentibus. Sed horum sententiam Wuestemannus in editione (v. not. ad v. 27.) satis refutavit, et recte quidem; nam communem Graecorum morem fuisse constat, ut, quum omnes res quarum delectatione adlicerentur, tum artis opera, veluti statuas, arma, imagines quam accuratissime describerent descriptaque ab aliis non aegre ferrent. Itaque in Homeri carminibus heroum tela, scuta, vestimenta disertis verbis exornantur. Nec non Latini poetae hunc morem imitati sunt, ut in Vergilii, Horatii aliorumque carminibus eiusmodi multa invenias.

In huius *κισσυβίου* (de quo v. interpr. ad h. l.) superficie tres erant areae, variis quaeque a sculptore figuris ornata. Quarum in una mulierem vides inter duo sedentem amatores, qui amoris stimulis vehementer exagitati infestis animis inter se certant verbis (vv. 32—38); in altera senex producitur piscator magnum verriculum in mare iaciens (39—44); tertia parvulum exhibet puerum, qui vinetum maturarum uvarum plenum custodiens tempora tarde labentia nectenda cavea fallit (45—54).

Quoniam nunc de versibus 45—51. fusius disputandum est, primum Latine eos interpretabor:

„Haud procul a sene marino labore defesso vineam vides maturis oneratam uvis, „quam parvus puer in maceria sedens custodit; circum eum duas vulpes, quarum „altera maturas depascens uvas vitium emetitur ordines, altera omnem adversus „peram dolum struens (omni — arte utens) puerum sese non prius relicturam esse „dicit, quam ientaculo eum privarit.“ —

Τυτθὸν δ' ὅσσον —

Sic saepius neutro (*ὅσον*) Graeci elliptice, ut ita dicam, utuntur, ut aliquid supplendum sit quod ex ipso verborum sensu facile intellegitur. Et hic quidem, quum de certa quadam (quae minima est) distantia agatur, *διάστημα* nomen supplebimus et ita hanc *ἔλλειψιν* declarabimus: *τοσοῦτον διάστημα ὅσον ὀλίγον* i. e. talis distantia qualis parva est (nur um ein weniges). Sic Aesop. fab. XVI. *μικρὸν δὲ ὅσον ὑποχωρήσας* i. e. *ὑποχωρήσας τοσοῦτον δ. ὅσον μικρόν ἐστι.* — Hom. Il. *ι.* 354. — cf. de hoc usu Matth. gram. gr. ed. 3. §. 486. not. 1. b. —

Ἁλίτρυτος. —

„Mari detritus, defessus“, i. e. marino vitae genere, marino labore defessus. Sic schol. quoque ab Aderto Tur. 1843. primum editum *ἁλιτρύτοιο* declarat: *τοῦ ἐν τῇ ἁλὶ τρυχομένου, ἤγουν πονουμένου κατὰ τὴν θάλατταν* (seeverwittert — Hartung.). —

Πυρναίαις σταφυλαῖσι —

Quaeritur *πυρναῖος* sitne derivandum a voce *πῦρ*, ignis, an a *πύρνον*, panis triticeus; quaeritur porro sitne utraque per se derivatio recta, ut, priorem si probas, rubri, sin alteram, maturi huic adiectivo significationem tribuas necesse sit. Zimmermannus in observationibus in hoc idyllium et qui eum secutus est Kiesslingius nullo iure priori adstipulantur sententiae. Primum enim eos praeterisse videtur nulla alia apud Graecos adiectiva in — *ναῖος* exeuntia inveniri, ita ut *πυρναῖον* (a *πῦρ* derivatum) omni analogia careret, quod mirum est. Aliter contra hoc se habet, si a *πύρνον* (quod proprie panem triticeum, tum autem universum cibum, omnes res quae edi possunt significat) *πυρναῖος* derives, quum adiectivorum in — *αῖος* et — *ιαῖος* exeuntium magnus sit numerus. Deinde iam scholia *πυρναίαις* declarant: *ὡρίμοις· πύρνος γὰρ ὁ σῖτος καὶ ἡ τροφή.* Tum denique si verbum (*βέβριθεν*), totius loci sensum (*τὰν ὀλίγος τις κῶρος ἐφ' αἱμασιαῖσι φυλάσσει ἥμενος*) uerbaque spectas sequentia (*ἃ μὲν ἀν' ὄρχως — σινομένα τὰν τρώξιμον*), facile persuasum habebis maturas hic non rubras intellegendas esse uvas. Ceterum, ut iam interpretes commemorarunt (cf. Kiessl. Wuestem.), Theocritus hic Homerici illius loci recordatus esse videtur qui est in Iliad. libr. XVIII. 561. sq.

ἐν δ' ἐτίθει σταφυλῇσι μέγα βρίθουσαν ἀλωήν,
καλήν, χρυσείην· μέλανες δ' ἀνὰ βότρυες ἦσαν. —

Ἐφ' αἱμασιαῖσι φυλάσσει ἥμενος.

Substantivis in — *ιά* exeuntibus aliquid significari solet, quod plenum est earum rerum

quae e vocabulis primitivis, a quibus illa substantiva ὀξυτονούμενα originem ducunt, intellegendae sunt. Sic νεοσσιὰ locum significat, ubi multi vivunt et commorantur νεοσσοί, i. e. nidum; στρατιὰ est aliquid, in quo magna versatur multitudo στρατιωτῶν, i. e. exercitus. Neque aliter αἱμασιὰ est aliquid, ubi multi inveniuntur αἷμοι (v. αἱμοὶ), cuspides, seu spinarum (sentis-dornbusch) seu palorum (sepes-zaun) seu lapidum (maceria-steinwall). Hoc loco αἱμασιᾶς vocabulum maceria supra reddidi Latine contra Kiesslingii auctoritatem, qui aliter imaginem illam quam tertia poculi area praebebat sibi finxit. Quum enim ἐφ' αἱμασιαῖσι (φυλάσσει) ἥμενος „ad sepem sedens" interpretetur, facile intellegimus puerum humi sedentem caveam nectere peramque prope puerum humi iacere eum sibi finxisse; quod, etsi rectum per se est vituperarique non potest, tamen hic equidem non probem. Verisimilius puer in parva maceria, qua desuper totum vinetum oculis lustrare poterat, sedisse, pera autem prope eum humi, sub pedibus eius, iacuisse videtur. —

Ἁ δ' ἐπὶ πήραν πάντα δόλον τεύχοισα —

Hanc omnium fere codd. mss. lectionem ego quoque retinui. Primum enim cuius schol. mentionem facit lectio κεύθοισα pro τεύχοισα, etsi optimum sensum praebet (allerlei heimliche list im schilde führend), in nullo invenitur codice, sed praeter schol. solus eam Camerarius editioni suae adscripsit, tantique est momenti, ut recentiorum Theocriti editorum plurimi eam reiecerint. Deinde vero, quod in paucis tantum codd. legitur, ἐπὶ πήρᾳ pro ἐπὶ πήραν (in codd. Vatt. B. C. Reg. Palat. 190. Med.), ut praetermittamus plurimos eosdemque optimos codd. accusativum praebere, etiam grammaticam si spectas rationem non satis Zieglerus, qui id recepit, tibi probabit. Ἐπὶ praepositio enim apud epicos cum dativo coniuncta significat illa quidem id quod nos dicimus darauflos (contra, in c. acc.), also die richtung, das ziel, wonach eine thätigkeit in rascher, stürmischer bewegung strebt, welches sie zu erreichen sucht und desshalb auch für gewöhnlich trifft, an ihm in ihren folgen haftet; sed aut perraro aut numquam hoc reperies, nisi de hostili agitur impetu vel omnino de motu aliquo turbido; velut Latinorum illud „impetum facere in hostes" epici Graeci fere semper vertunt: ἰέναι ἐπὶ πολεμίοις (mit sturm auf die feinde losgehen, sie attaquiren und ihnen den beabsichtigten schaden zuzufügen suchen). Sic apud Homer. Il. I. 382. ἧκε δ' ἐπ' Ἀργείοισι κακὸν βέλος. — III. 15. οἱ δ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες. — IV. 352. ὁππότ' Ἀχαιοὶ Τρωσὶν ἐφ' ἱπποδάμοισιν ἐγείρομεν ὀξὺν Ἄρηα. — cf. V. 97. 124. 240. 244. 882. Od. XXII. 8. ἦ, καὶ ἐπ' Ἀντινόῳ ἰθύνετο πικρὸν ὀϊστὸν κ. τ. λ. Videmus igitur omnibus his locis confirmari regulam illam; nam semper habebamus ἐπὶ cum dativo in eiusmodi dictionibus. — Aliter res se habet, si ἐπὶ cum accusativo coniunctum ponimus. Hic necesse non est de motu quodam agatur turbido, quamquam id nonnumquam fieri potest; sed etiam cum verbis quietam, ut ita dicam, actionem significantibus ἐπὶ cum accusativo coniungi solet. In videndi verbo (ὁρᾶν), ut exemplum promam, omnino nullus inest motus, nisi forte dixerit quispiam, qui aliquid videre velit oculos is moveat necesse esse.

Itaque in Homer. Il. I. 350. legimus ὁρᾶν ἐπὶ οἴνοπα πόντον, et post verbum intransitivum Od. VII. 288. εὗδον παννύχιος καὶ ἐπ' ἠῶ καὶ μέσον ἦμαρ, ut nos dicimus: ich schlief bis zum morgen hin, bis zur mitte des tages, ita ut Aurora, meridies demum finem somno fecerit, ut meridies tamquam terminus fuerit, quem sibi proposuit qui dormit, quem consequi voluit.

Jam ad explicandum nostrum locum revertamur. Dictionis δόλον τεύχειν notio animi significat motionem actionemque alicuius, qui quiete at sagaciter rationem init, quomodo ad fallendum omnia optime atque accuratissime instituat, ut aliquid adipiscatur. Et id ipsum quod adipisci vult, quod maximo opere cupit, id est, adversus quod omnem dolum struit, omnia sua astuta artificia dirigit, adversus quod omni arte utitur, aut, ut nos dicimus, das ist das ziel, wonach er strebt, worauf er alle seine listigen anschläge, alle seine kunstgriffe richtet. Et quamquam id, si verba premis, infestum aliquod est, tamen longe abest ab hostili impetu, tamen eo neutiquam significatur eum qui hoc modo dolum adversus aliquem paret similem esse hostis qui ἔρχεται ἐπί τινι, i. e. qui aliquem adgreditur. Hoc si poeta voluisset, haud dubie ἐπὶ πήρᾳ scripsisset; sed hoc nec voluit nec velle potuit, quum intellexerimus δόλον τεύχειν aliam habere notionem neque corporis turbidum motum, sed animi accurate rationem ineuntis quietam motionem significare. Huc quum codd. mss. accedat auctoritas, nescio an lectio ἐπὶ πήραν praeferenda et reponenda esse videatur. —

V. 51. πρὶν ἢ ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ. —

Sic omnes fere codd. et editionum maxima pars. Est hic locus valde corruptus, ut, nisi coniecturis, ei mederi nequeas. Quamobrem magna coniecturarum exstitit cohors, quarum fere una quaeque suo vitio laborat. Primum, priusquam singulas lectiones accuratius considerabimus, ante omnia tenendum est dictionem ἐπὶ ξηροῖς καθίζειν τινά, quae pro verbo composito habenda est, nihil aliud significare nisi: exuere aliquem, privare aliquem aliqua re, ita ut prorsus par sit verbo στερεῖν τινά τινος. cf. hymn. Homer. in Mercur. 284. ἐπ' οὔδεϊ καθίζειν = einen auf's pflaster setzen d. i. ihn um all das seinige bringen. — Sic iam schol. hanc dictionem intellegi vult quum declarat: τινὸς ξηρὸν ποιεῖν (τι), facere, ut aliquis siccus sit, aut, quod idem valet, ut omnibus rebus privatus sit, i. e. privare aliquem aliqua re.

Videamus iam, si quam modo exposuimus verbi notionem tenemus, num ad eam adcommodare possimus lectionem vulgatam ἀκράτιστον. Ἀκράτιστος nominatur is qui ientavit, et ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖς καθίζειν=στερεῖν ἀκρ. est: privare aliquem qui ientavit. In his primum offendit, quod res non nominatur qua is qui ientavit privetur. At audio graviter me increpantem: o te stultum et obliviosum, nonne meministi verborum quae modo legisti: ἁ δ' ἐπὶ πήραν πάντα δόλον τεύχοισα; nonne ex his verbis apparet, qua re puer privetur? Memini sane, sed scio etiam vulpem nec peram captare voluisse nec eius interesse potuisse pera potiri; ientaculo soli quod erat in pera insidiabatur, ientaculo potiri multum eius

intererat. Quid vero? ἀκράτιστον ἐκεῖνο τὸ παιδίον qui potuit ientaculum, quum iam ientasset, in pera occultum habere? Cur aut cui servavit? fuitne fortasse id quod nos dicimus „das zweite frühstück“, Latini „prandium“? Tum denique, quid Theocriti intererat memorare puerum, quem vulpes privatura erat, iam ientasse? Hoc vel in soluta oratione absurdum est commemorare, nedum ut poeta tam elegans tamque venustus qualis Theocritus est in carminibus hoc sibi indulserit. —

Sed fuerunt qui aliter existimarent aliamque his verbis sententiam subiicerent. Quorum agmen H. Stephanus ducit, qui ἀκράτιστον non ab ἀκρατίζεσθαι sed a κρατεῖν derivans τὸν μηδενὸς ἐγκρατῆ interpretatus est. Eum Brunckius, H. Vossius, Kiesslingius, Jacobsius, Zieglerus secuti sunt. Sed audiamus quae Vossius scripsit in notis quas Heidelb. 1813. edidit: „ἀκράτιστον, quod Wartonus in ’νάριστον, Ahlwardus in ’γκράτιστον (ut sit contractum ex ἀνακράτιστον, sicuti ἀμβάλλω ex ἀναβάλλω) mutarunt, genuinum, probum et coniecturis minime (sic?) sollicitandum esse bene Brunckius intellegebat, qui cum H. Stephano τὸν μηδενὸς ἐγκρατῆ interpretabatur, a κρατέω rectissime derivatum. Quae explicatio cur Ahlwardo displiceat, qui Dahlio adstipulante contextum eam admittere negat, vix assequor. Virum doctissimum fugit illud dicendi genus, quod rem efficiendam ut factam anticipari patitur. Non hoc vult poeta, ut vulpecula puerum iam inanem in sicco deponat, sed potius ut puerum adhuc panem in sacco (pera) habentem inanem reddat et ita prorsus in sicco collocet.“ — Haec Vossius; nos nostra videamus.

Primum quod adtinet ad formam huius adiectivi ut Voss. vult a verbo κρατεῖν derivati, nemo mihi persuadebit fieri posse, ut tam audacter tamque insolito modo adiectivum a verbo derivetur. Omnem autem offensionem effugimus, si ab ἀκρατίζεσθαι adiectivum ἀκράτιστος derivamus, quae derivatio non caret analogia. Et Vossius ipse satis habens Stephani sententiam commemorasse ne verbum quidem de hac insolita forma addidit, quum alia eiusdem generis adiectiva a verbis veluti κρατεῖν eodem modo derivata adferret necesse esset; ut ipse nihil habuisse videatur quo hanc formam defenderet. Sed, ut res ita se habeat, ne efficit quidem quod vult, quum inter nostrum locum et eos quos affert, ut illud dicendi genus, quod rem efficiendam ut factam anticipari patitur, exemplis confirmet, magnum intercedat discrimen. In hoc enim dicendi genere haec fere ratio valere solet, ut sive adiectivum sive participium illud per πρόληψιν positum aliquod novum significet, quod illis aliis quae addita sunt efficiatur. Sic in Sophocl. Oed. Col. v. 1200.

τῶν σῶν ἀδέρκτων ὀμμάτων τητώμενος,

ubi oculi, priusquam ἄδερκτοι facti sunt, ἄδερκτοι appellantur. Ἄδερκτον autem hic prorsus aliquod novum est, cuius notio tantum abest ut eadem sit quae participii τητώμενος, aut ut iam in τητᾶσθαι verbo insit, — ut sequitur statim οὐδενὸς ἐγκρατοῦς notio e verbo ἐπὶ ξηροῖς καθίζειν — ut ἄδερκτα ὄμματα demum efficiantur, postquam Oedipus oculis privatus est, postquam oculorum lumina perdidit. Si forte Sophocles scripsisset, quod scribere

non potuit, *τῶν σῶν στερέντων ὀμμάτων τητώμενος*, hic locus cum Theocriteo nostro comparari posset. — cf. alia eiusdem generis exempla in Soph. Ant. 791. Aiace 517. — Virum doctissimum H. Vossium — ut mutatis mutandis ipsius verbis utar — fugisse videtur inanem esse tautologiam in verbis *πρὶν ἢ ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ* ita intellectis ut vult, „priusquam egenum s. inanem egenum reddiderit", i. e. priusquam omnibus rebus egentem aliqua re privarit: quod absurdum est.

Restat, ut Godofredi Hermanni, gravissimi auctoris omnium qui lectionem vulgatam retinuerunt sententiam refellam. Hermannus enim *ἐπὶ ξηροῖσι* a *καθίζειν*, quae arcte inter se coniungenda et pro verbo composito (*ἀποστερεῖν*, privare) habenda sunt separans *ἐπὶ ξηροῖσι* notione cum *ἀκρατίστου* copulata *πρὶν ἢ ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ*, „priusquam puerum *ἀκράτιστον* in sicco reddiderit" interpretatus est: — „bevor er ihn zu einem der auf dem trocknen d. h. gar nicht gefrühstückt hat, gemacht haben werde." Verbum *καθίζειν* (alias *τιθέναι*) a Graecis hoc sensu poni quo Latini reddendi verbo utuntur notum est; — cf. Xenoph. conv. III. 11. ubi v. Bornemanni adnot. — Memorab. II. 1. 12. *οἶμαί σε ὁρᾶν, ὡς ἐπίστανται οἱ κρείττονες τοὺς ἥττονας καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ κλαίοντας καθίσαντες* (alii *καθιστάντες*) *ὡς δούλοις χρῆσθαι;* ubi v. Schneideri notam —; sed coniunctum cum *ἐπὶ ξηροῖς* nescio an non hoc sensu ponatur. Deinde quum *ἀκράτιστος* nominetur is qui iam ientavit et *ἀκράτιστος ἐπὶ ξηροῖς* (secundum Herm. sententiam) is qui iam in sicco i. e. qui omnino non ientavit, quomodo vulpecula, si ei contingat, ut rapiat id quod est in pera efficere possit, ut puer, qui iam antea *ἀκράτιστος ἐπὶ ξηροῖς* erat, tum demum *ἀκράτιστος ἐπὶ ξηροῖς* reddatur?

E magno coniecturarum numero quibus hunc locum tentarunt interpretes, etsi nullam probo, solius Christophori Wordsworthii (Contabrigiae 1844.) mentionem fecisse contentus ero, qui *πρὶν ἢ πράτιστον* coniecit declaravitque: „vulpes nullam non artem adhibebit (*πάντα δόλον τεύχει*), negat se prius desituram esse, quam primum omnium in sicco puerum collocaverit." Ut suam sententiam confirmet Wordsworthus adfert multos locos, quibus omnibus nihil fere aliud valeat *πράτιστον* quam *πρᾶτον* i. e. *πρῶτον* cf. infra v. 77. *ἦνθ' Ἑρμῆς πράτιστος ἀπ' ὤρεος.* — 22. 187. *ἔγχεσι μὲν πράτιστα τιτυσκόμενοι πόνον εἶχον ἀλλήλων.* 27, 49. 55. alia. — Hunc usum nemo negabit; sed puero „primum omnium" in sicco collocato quid tum accidet? quamnam tum aliam vulpes artem adhibebit? quid aliud spectabit? Hoc nec Wordsworthus dicit neque ex verbis Theocriti sive antecedentibus (*οὐ πρὶν ἀνήσειν*) sive sequentibus (*αὐτὰρ ὅγ' ἀνθερίκοισι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν κ. τ. λ.*) cognosci potest.

Jam tempus monet, ut meam sententiam adferam. Scribi volo:

πρὶν ἢ ἀκρατισμῷ ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ,

„quam ientaculo eum privarit." — Si quaeris unde sumpserim, inspicias, quaeso, scholiastae verba, qui multus est in *ἀκρατισμοῦ* nomine declarando. Sed eius verba audiamus:

„πρὶν ἢ ἀκρατισμοῦ ξηρὸν ποιήσει αὐτὸ (παιδίον). Οἱ μέλλοντες πολεμεῖν, πρωίας ἔτι οὔσης, ὀλίγον τινὰ ἤσθιον ἄρτον, καὶ ἄκρατον οἶνον ἔπιον, ὡς θερμοὶ ὦσι καὶ μὴ δειλιῶσιν, ὃ καὶ ἀκρατισμὸν ἐκάλουν“. κ. τ. λ.

Haec verba quum primum legeram, non plane intellegebam, quid sibi vellent; mox autem, postquam mihi persuasi Theocriti verba sic, ut inveniuntur in codd. et editt., non recte intellegi posse, simplicissime et aptissime ea scholiasten illum declarare cognovi. Atque non declarant solum eius verba Theocriti verba, immo iis ipsis, quum textus prorsus corruptus sit aliterque coniiciatur necesse, facillime corruptioni mederi possumus. *Ξηρὸν ποιεῖν τινά τινος* nonne prorsus idem est atque *ἐπὶ ξηροῖς καθίζειν τινά τινος; ἀκρατισμοῦ τὸ παιδίον ἐπὶ ξηροῖς καθίζειν* (ientaculo puerum privare) nonne optimum hic praebet sensum, eum dico, quem solum in lectione vulgata desideramus, quo meliorem nequidquam quaeremus? Scholiastes, quum dupliciter *ἀκρατισμοῦ* nominis notionem et significationem declaret, nonne sic legi voluisse videtur? Alioqui quid tam anxie curasset, ne verba falso intellegerentur, si ignorasset iam tum textum corruptum et a suae aetatis hominibus iam eius sensum falso intellectum fuisse? Quod autem additur: *„ἐνταῦθα δὲ „ἀκράτιστον“ ἀντὶ τοῦ ἄγευστον,“* id non multum valet; nam aut ab alio quopiam hoc additum est, aut ex eo nihil aliud quam cognosci potest eundem scholiasten iam pro *ἀκρατισμὸς* in aliis libris legisse *ἀκράτιστος* et idcirco breviter quomodo hic intellegi posset *ἀκράτιστος* commemorare voluisse: quamquam ipse aliter sentiebat aliterque sentiri volebat, et sic quidem, ut videtur, uti equidem proposui.

Sin autem verum est — equidem me nescire fateor, nam non in manibus est Athenaei liber — quod adnotavit Fritzschius in edit. Theocriti (Lipsiae 1857.), apud Athenaeum I. p. 11. D. *ἀκρατιστὸν* (mutato accentu) idem esse quod *ἀκρατισμόν*, legere malim: *πρὶν ἢ ἀκρατιστῷ ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ*, quod idem est: „quam ientaculo eum privarit.“ —

Versus 71. 72.

Τῆνον μὰν θῶες, τῆνον λύκοι ὠρύσαντο,
τῆνον χὠκ δρυμοῖο λέων ἔκλαυσε θανόντα. —

Saepenumero eorum admirari soleo virorum perversitatem paene ridiculam, qui in aliquo veteri scriptore praesertim poeta et legendo et interpretando occupati eas res, quarum sensum non recte ex scriptoris ipsius sententia intellexerint, sive is paullo absconditior est sive ipsi parum divinationis habent, scriptori vitio vertant. Quod hoc nostro loco, quo Thyrsis Daphnidis miserrimam mortem deplorare pergit, viris accidit haud paucis. Postquam Thyrsis (poeta autem Thyrsin canentem facit) Nymphas adlocutus ex iis quasi praesentibus quaesivit, ubinam commoratae essent eo tempore quo Daphnis, divinus ille homo, *ὁ Μοίσαις φίλος ἀνήρ, ὁ οὐ Νύμφαισιν ἀπεχθής*, diem obisset supremum, commemorat porro ex eius morte miserrima totam undique naturam luctum cepisse maximum; quin etiam feras silvestres bestias, thoes, lupos, leones, hominibus alias infestissimas dolores sensisse

non potuit, τῶν σῶν στερέντων ὀμμάτων τητώμενος, hic locus cum Theocriteo nostro comparari posset. — cf. alia eiusdem generis exempla in Soph. Ant. 791. Aiace 517. — Virum doctissimum H. Vossium — ut mutatis mutandis ipsius verbis utar — fugisse videtur inanem esse tautologiam in verbis πρὶν ἢ ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ ita intellectis ut vult, „priusquam egenum s. inanem egenum reddiderit", i. e. priusquam omnibus rebus egentem aliqua re privarit: quod absurdum est.

Restat, ut Godofredi Hermanni, gravissimi auctoris omnium qui lectionem vulgatam retinuerunt sententiam refellam. Hermannus enim ἐπὶ ξηροῖσι a καθίζειν, quae arcte inter se coniungenda et pro verbo composito (ἀποστερεῖν, privare) habenda sunt separans ἐπὶ ξηροῖσι notione cum ἀκρατίστου copulata πρὶν ἢ ἀκράτιστον ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ, „priusquam puerum ἀκράτιστον in sicco reddiderit" interpretatus est: — „bevor er ihn zu einem der auf dem trocknen d. h. gar nicht gefrühstückt hat, gemacht haben werde." Verbum καθίζειν (alias τιθέναι) a Graecis hoc sensu poni quo Latini reddendi verbo utuntur notum est; — cf. Xenoph. conv. III. 11. ubi v. Bornemanni adnot. — Memorab. II. 1. 12. οἶμαί σε ὁρᾶν, ὡς ἐπίστανται οἱ κρείττονες τοὺς ἥττονας καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ κλαίοντας καθίσαντες (alii καθιστάντες) ὡς δούλοις χρῆσθαι; ubi v. Schneideri notam —; sed coniunctum cum ἐπὶ ξηροῖς nescio an non hoc sensu ponatur. Deinde quum ἀκράτιστος nominetur is qui iam ientavit et ἀκράτιστος ἐπὶ ξηροῖς (secundum Herm. sententiam) is qui iam in sicco i. e. qui omnino non ientavit, quomodo vulpecula, si ei contingat, ut rapiat id quod est in pera efficere possit, ut puer, qui iam antea ἀκράτιστος ἐπὶ ξηροῖς erat, tum demum ἀκράτιστος ἐπὶ ξηροῖς reddatur?

E magno coniecturarum numero quibus hunc locum tentarunt interpretes, etsi nullam probo, solius Christophori Wordsworthii (Contabrigiae 1844.) mentionem fecisse contentus ero, qui πρὶν ἢ πράτιστον coniecit declaravitque: „vulpes nullam non artem adhibebit (πάντα δόλον τεύχει), negat se prius desituram esse, quam primum omnium in sicco puerum collocaverit." Ut suam sententiam confirmet Wordsworthus adfert multos locos, quibus omnibus nihil fere aliud valeat πράτιστον quam πρᾶτον i. e. πρῶτον cf. infra v. 77. ἦνθ' Ἑρμῆς πράτιστος ἀπ' ὤρεος. — 22. 187. ἔγχεσι μὲν πράτιστα τιτυσκόμενοι πόνον εἶχον ἀλλήλων. 27, 49. 55. alia. — Hunc usum nemo negabit; sed puero „primum omnium" in sicco collocato quid tum accidet? quamnam tum aliam vulpes artem adhibebit? quid aliud spectabit? Hoc nec Wordsworthus dicit neque ex verbis Theocriti sive antecedentibus (οὐ πρὶν ἀνήσειν) sive sequentibus (αὐτὰρ ὅγ' ἀνθερίκοισι καλὰν πλέκει ἀκριδοθήραν κ. τ. λ.) cognosci potest.

Jam tempus monet, ut meam sententiam adferam. Scribi volo:

πρὶν ἢ ἀκρατισμῶ ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ,

„quam ientaculo eum privarit." — Si quaeris unde sumpserim, inspicias, quaeso, scholiastae verba, qui multus est in ἀκρατισμοῦ nomine declarando. Sed eius verba audiamus:

„πρὶν ἢ ἀκρατισμοῦ ξηρὸν ποιήσει αὐτὸ (παιδίον). Οἱ μέλλοντες πολεμεῖν, πρωΐας ἔτι οὔσης, ὀλίγον τινὰ ἤσθιον ἄρτον, καὶ ἄκρατον οἶνον ἔπιον, ὡς θερμοὶ ὦσι καὶ μὴ δειλιῶσιν, ὃ καὶ ἀκρατισμὸν ἐκάλουν". κ. τ. λ.

Haec verba quum primum legeram, non plane intellegebam, quid sibi vellent; mox autem, postquam mihi persuasi Theocriti verba sic, ut inveniuntur in codd. et editt., non recte intellegi posse, simplicissime et aptissime ea scholiasten illum declarare cognovi. Atque non declarant solum eius verba Theocriti verba, immo iis ipsis, quum textus prorsus corruptus sit aliterque coniiciatur necesse, facillime corruptioni mederi possumus. *Ξηρὸν ποιεῖν τινά τινος* nonne prorsus idem est atque *ἐπὶ ξηροῖς καθίζειν τινά τινος; ἀκρατισμοῦ τὸ παιδίον ἐπὶ ξηροῖς καθίζειν* (ientaculo puerum privare) nonne optimum hic praebet sensum, eum dico, quem solum in lectione vulgata desideramus, quo meliorem nequidquam quaeremus? Scholiastes, quum dupliciter *ἀκρατισμοῦ* nominis notionem et significationem declaret, nonne sic legi voluisse videtur? Alioqui quid tam anxie curasset, ne verba falso intellegerentur, si ignorasset iam tum textum corruptum et a suae aetatis hominibus iam eius sensum falso intellectum fuisse? Quod autem additur: *„ἐνταῦθα δὲ „ἀκράτιστον" ἀντὶ τοῦ ἄγευστον,"* id non multum valet; nam aut ab alio quopiam hoc additum est, aut ex eo nihil aliud quam cognosci potest eundem scholiasten iam pro *ἀκρατισμὸς* in aliis libris legisse *ἀκράτιστος* et idcirco breviter quomodo hic intellegi posset *ἀκράτιστος* commemorare voluisse: quamquam ipse aliter sentiebat aliterque sentiri volebat, et sic quidem, ut videtur, uti equidem proposui.

Sin autem verum est — equidem me nescire fateor, nam non in manibus est Athenaei liber — quod adnotavit Fritzschius in edit. Theocriti (Lipsiae 1857.), apud Athenaeum I. p. 11. D. *ἀκρατιστὸν* (mutato accentu) idem esse quod *ἀκρατισμόν*, legere malim: *πρὶν ἢ ἀκρατιστῷ ἐπὶ ξηροῖσι καθίξῃ*, quod idem est: „quam ientaculo eum privarit." —

Versus 71. 72.

Τῆνον μὰν θῶες, τῆνον λύκοι ὠρύσαντο,
τῆνον χὠκ δρυμοῖο λέων ἔκλαυσε θανόντα. —

Saepenumero eorum admirari soleo virorum perversitatem paene ridiculam, qui in aliquo veteri scriptore praesertim poeta et legendo et interpretando occupati eas res, quarum sensum non recte ex scriptoris ipsius sententia intellexerint, sive is paullo absconditior est sive ipsi parum divinationis habent, scriptori vitio vertant. Quod hoc nostro loco, quo Thyrsis Daphnidis miserrimam mortem deplorare pergit, viris accidit haud paucis. Postquam Thyrsis (poeta autem Thyrsin canentem facit) Nymphas adlocutus ex iis quasi praesentibus quaesivit, ubinam commoratae essent eo tempore quo Daphnis, divinus ille homo, *ὁ Μοίσαις φίλος ἀνήρ, ὁ οὐ Νύμφαισιν ἀπεχθής*, diem obisset supremum, commemorat porro ex eius morte miserrima totam undique naturam luctum cepisse maximum; quin etiam feras silvestres bestias, thoes, lupos, leones, hominibus alias infestissimas dolores sensisse

illos vehementissimos quos Daphnidis mors omnibus pararet. Thyrsis (poeta autem Thyrsin canentem facit), divino quodam mentis instinctu correptus, infiniti doloris quo Daphnidis morte omnia vehementissime moventur imaginem, quae veluti in rem praesentem perducere audientes videatur, solummodo exprimere studet nulla vel locorum vel aliarum observationum more philosophorum ratione habita. Qui poetarum ingeniosorum opera novit, qui animi adfectuum vim expertus est mentemque sibi servavit puram atque integram: is profecto hic Theocrito non obiiciet res, quae non in poetam cadunt, sed in eos, qui eum male intellexerunt. — Attamen iam schol. ad h. l. commemorat Theocritum esse vituperatum, quod illo tempore quo hoc carmen scripsit mentionem fecisset leonum, qui numquam in Sicilia fuissent. Dicit enim: *τινὲς αἰτιῶνται τὸν Θεόκριτον, ἐν Σικελίᾳ λέγοντες μὴ εἶναι λέοντας.*" Sed, ut poetam defendat, addit interpres ille quisquis fuit sagacissimus: „*ἀλλὰ προστιθεμένη ἡ ἂν συλλαβὴ λύει τὴν αἰτίαν· ἵνα ᾖ· τῆνον ἂν ἔκλαυσεν, εἰ ἐν Σικελίᾳ ἦν, καὶ ὁ λέων ἐκ τοῦ δρυμοῦ· ἢ καί· εἰ ἐγένετο γὰρ ἐν Σικελίᾳ λέων, κἀκεῖνος τοῦτον ἐθρήνησεν.*" Quod etsi eum credo solo veri studio ductum fecisse, tamen vellem magistrale supercilium non extra scholae parietes protulisset, nec pro auctoritate inter discipulos loqui adsuetus scripta esse negasset quae cuivis etiam a pauca poetarum lectione praesto esse debent. Ut unum exemplum adferam, comparandus est Ovidius in metamorph. lib. VII. 63. sq., quem nemo vituperavit, quamquam Medeam suam Scyllam et Charybdin commemorantem fecit. Praeterea autem, cur interpretes non itidem eodem iure in thoum luporumque commemoratione offenderunt? nam neque has bestias Theocriti aetate in Sicilia neque leones fuisse pro certo contenderim.

Aliter Wuestemannus se extricavit, qui putat „Theocritum in rebus antiquissimis versantem etiam id poetarum iure sibi sumpsisse, ut leones tum fuisse in Sicilia statueret, qui suo tempore non amplius ibi erant." Quae mihi peior etiam videtur explicatio quam scholiastae. Et profecto, sic qui hunc locum intellexerunt, nescio an non umquam vehementem dolorem senserint, magnam calamitatem aut ipsi acceperint aut saltem cuiusquam vehementem sincerumque dolorem viderint; nam quid est magis consentaneum, si cui tale quid acciderit quale Daphnidi, quam credere omnes atque omnia hunc dolorem pariter sentire atque eum in quem ceciderit? Quamobrem non ego dubito quin Theocritus, ita animo adfectus, scripserit *τῆνον χὠκ δρυμοῖο λέων ἔκλαυσε θανόντα,* ut significaret totam undique naturam ipsasque ferissimas bestias exstinctum deploravisse Daphnin. Atque hanc lectionem ut taceam optimorum codd. mss. auctoritate eam niti, etiam qui hunc Theocriti locum solus imitatus est Vergilius in ecloga V. v. 27. sq. confirmat, quum canit:

Daphni, tuum Poenos etiam ingemuisse leones
Interitum montesque feri siluaeque loquuntur.

Interpretes autem illi, angusti pectoris atque animi contracti homines, philosophorum speciem simulantes ac prae se ferentes, summo exsultantes gaudio, quod poetam tam prae-

clarum neglegentiae convincere possent, mutarunt, ut locum sanarent, hoc *λέων ἔκλαυσε* in *λέων ἂν ἔκλαυσε* (i. e. si essent leones in Sicilia), ex quo deinde scribarum vel errore vel neglegentia *ἀνέκλαυσε* factum est. —

Versus 85.

Huius versus, ut iam Kiesslingius ostendit, mira est lectionis et interpretationis varietas, ut difficillimus habitus sit ad expediendum. Et profecto iam codices ipsi adeo inter se discrepant, ut, nisi eorum qui lectionem praebent eam, quae sola respondeat omni ratione verborum sensui, ut ea nec ab optimis neque ab antiquissimis, sed a recentioribus, quorum alias minoris momenti esse soleat auctoritas, exhibeatur, nulla omnino auctoritas esse possit. Haec nobis quaerenda est, quum, quas notissimorum editorum plurimi receperunt lectiones plus minusve laborent. Et, ut mox viderimus, novi hic aliquid coniiciatur prorsus necesse non est, quamquam Hemsterhusius et Hermannus id fecerunt, quo locum per se simplicem et, dummodo recte intellegatur, optimum sensum praebentem sanare conati sunt medela multo deteriore. Sed absit invidia verbis; ne falso a quoquam intellegar, ac si tales in philologia ut ita dicam veteranos optime meritos, quae ego, perspicere non potuisse contenderim.

Narratur inde a v. 77. Mercurium, bubulcos, opiliones, caprarios ad tabescentem Daphnin venisse benigneque ex eo quaesisse, quaenam esset miserrimi et praematuri fati causa; Priapum deinde ad eosdem accedentem interrogasse, qui fieret, ut Daphnis, pulcerrimus pastor, — quo iuventus omnis (ut cum Horatio loquar) calebat virginesque omnes tepebant — Daphnis, *ὁ Μοίσαις φίλος ἀνήρ, ὁ οὐ Νύμφαισιν ἀπεχθής*, tam subito vehementissimo amore deperiret, praesertim quum puella illa cuius amore flagraret per nemora et fontes amoris stimulis agitata ferretur, ut amatum adulescentem inviseret atque „ipsa eam quaereret." Et profecto summo iure Priapus quippe veram doloris et adflictationis causam nesciens Daphnin *δυσέρωτα* et *ἀμήχανον* adulescentem adpellat i. e. adulescentem quem infelicem reddiderit amor, qui adeo consilii sit inops, ut prorsus nesciat quid agat, quomodo amoris vehementiae medeatur. Priapus, inquam, veram adflictationis causam ignorans; et quidem pariter veram causam ignorat Priapus, ac Mercurius causam paene omnino ignorat; nam Mercurio non notum est puellae amore Daphnin vexari, sed quaerit: *τίς τυ κατατρύχει; τίνος ὤγαθέ, τόσσον ἔρασσαι;* Mercurius igitur scit ille quidem Daphnin amare, sed nec quem quamve amet, nec cur tanto opere contabescat. Priapus vero non est nescius amoris vehementissimi stimulis Daphnin excruciari atque novit puellam ipsam cuius amore ardet ille miser; et quia putat hanc solam adflictationis esse causam merito admiratur, quod Daphnis adeo *δύσερως* et *ἀμήχανος* est, praesertim quum haud minore illa ardore eum amet; ac merito eum adloquitur: „Daphni miser, cur ita contabescis? non est tam aspera puella ut tu credis, immo libidine flagrans in vestigiis tuis haeret, ubique ipsa te quaerit. Ah! miser, nimis infelicem te amor reddidit, ut omnino nescias quid agas.

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vituperatus est [illegible] non obiciet vos, quae non [illegible] — Attamen iam schol. ad h. l. [illegible] que hoc carmen scripsit [illegible] [illegible]. Dicit enim: [illegible] [illegible], ut poetam defendat, addit interpres ille quisquis fuit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] credo solo veri studio ductum fecisse, tamen [illegible] scholae parietes protulisset, nec pro auctoritate inter [illegible] scripta esse negasset quae cuivis etiam a pauca poetarum lectione [illegible]. Ut unum exemplum adferam, compesandus est Ovidius in [illegible] quem nemo vituperavit, quamquam Medeam suam Scyllam et Charybdin [illegible]. Praeterea autem, cur interpretes non itidem eodem iure in [illegible] offenderunt? nam neque has bestias Theocriti aetate in [illegible] pro certo contenderim.

[illegible] Wuestemannus se extricavit, qui putat „Theocritum in rebus [illegible] etiam id poetarum iure sibi sumpsisse, ut leones [illegible] fuisse in [illegible] tempore non amplius ibi erant.“ Quae mihi peior etiam videtur [illegible]. Et profecto, sic qui hunc locum intellexerunt, nescio an non [illegible] dolorem senserint, magnam calamitatem aut ipsi acceperint aut [illegible] sincerumque dolorem viderint; nam quid est magis [illegible] acciderit quale Daphnidi, quam credere omnes atque omnia hunc [illegible] eum in quem ceciderit? Quamobrem non ego dubito quin Theocritus, [illegible] acceperit [illegible] ut significaret [illegible] ipsasque ferissimas bestias exstinctum deploravisse Daphnin. [illegible] optimorum codd. mss. auctoritate [illegible], etiam qui hunc Theocriti [illegible] est Vergilius in ecloga V. v. 27. sq. confirmat, quum canit:

> Daphni, tuum Poenos etiam ingemuisse leones
> Interitum montesque feri siluaeque loquuntur.

Interpretes autem illi, angusti pectoris atque animi contracti homines, [illegible] simulantes ac prae se ferentes, summo exsultantes gaudio, quod [illegible]

[illegible] ab [illegible] [illegible] [illegible] Et, [illegible] et [illegible] intelligatur, [illegible] Sed absit invidia verbis, ne [illegible] quoquam [illegible] [illegible] quae ego, perspicere [illegible]

[illegible] inde a v. 77. [illegible], bubulcus, opiliones, caprarius [illegible] [illegible] ex eo quaesiverunt, [illegible] et [illegible] ad eosdem accedebant [illegible], qui [illegible] [illegible] iuventus omnis (ut cum Horatio loquar) [illegible] *ὁ Μοίσαις φίλος ἀνήρ*, ὁ *τοῖ Νύμφαισιν ἀπεχθής*, tam subito [illegible] quam puella illa [illegible] [illegible], [illegible] adulescentem [illegible] [illegible] profecto [illegible] Priapus quippe verum [illegible] et [illegible] et [illegible] adulescentem appellat i. e. [illegible] qui [illegible] sit inops, ut [illegible] [illegible]. Priapus, [illegible] verum [illegible] verum [illegible] ignorat Priapus, ac Mercurius [illegible] Mercurio [illegible] Daphnin [illegible] [illegible] Daphnis [illegible] quod Daphnis adeo [illegible] [illegible] amet; ac merito eum [illegible] Daphni [illegible] puella ut te [illegible] [illegible]

Dum vir eras, bubulcus nominabare, nunc — proh dolor! — mollitiei deditus caprario similis es!“ i. e. dum vir eras fortis et patiens dolorum, dum sciebas quid tibi agendum, quo modo tibi amore utendum esset, magni te aestimabant et aequales tui et omnes alii; nunc vero mollitiae deditum omnes contemnunt. Sic omnia optime congrua et apta; aliter Priapus ex sua quidem persona loqui non poterat. —

Nos autem sane aliter de Daphnidis dolore et adflictione sentiemus; nos scimus in errore versatum esse Priapum quum putaret amorem solum (per se) Daphnin perdidisse. Minime. Causa alia erat gravior et quidem ea quam Venus ipsa nos docet:

— — — *τύ θην τὸν Ἔρωτα κατεύχεο, Δάφνι, λυγίξειν*
ἦ ῥ' οὐκ αὐτὸς Ἔρωτος ὑπ' ἀργαλέω ἐλυγίχθης; verss. 97. 98.

Daphnis enim gloriatus erat numquam se a crudeli Amore victum iri, sed eius se potentiam semper superaturum. Venus autem idcirco irata artibus suis effecerat, ut quam vehementissimo puellae cuiusdam pariter ipsum amantis amore vexaretur. Erat autem haec puella *Ξενέα*, ut discimus idyll. VII. vss. 72.—77:

— — *ὁ δὲ Τίτυρος ἐγγύθεν ᾀσεῖ,*
ὥς ποκα τᾶς Ξενέας ἠράσσατο Δάφνις ὁ βούτας,
χὼς ὄρος ἀμφ' ἐπονεῖτο, καὶ ὡς δρύες αὐτὸν ἐθρήνευν,
Ἱμέρα αἵτε φύοντι παρ' ὄχθαισιν ποταμοῖο,
εὖτε χιὼν ὥς τις κατετάκετο μακρὸν ὑφ' Αἷμον
ἢ Ἄθω ἢ Ῥοδόπαν ἢ Καύκασον ἐσχατόωντα.

— — Und Tityros singet daneben,
Wie in die Xenea einstens der kuhhirt Daphnis verliebt war,
Wie er im wald qual litt, und die bäum' ihn selber beweinten,
Welche am Himerabach hoch wachsend die ufer beschatten,
Als er vor lieb hinschmolz wie der schnee am gipfel des Haemos,
Oder des Kaukasos am weltende, des Rhodope, Athos. (Hartung.)

Daphnis, Amoris telis penitus percussus, tamen propositi haud immemor, primo aequum animum simulare conatus erat ne, etsi iam intus in pectore cedebat, Amoris potentiae, quam se superaturum esse iactaverat, palam ante oculos omnium cedere videretur. Quamvis igitur iam et ipse amaret et puella eius amori responderet eumque per nemora et fontes visendi causa sequeretur: tamen ipse eam ubique fugit sibique constitit, ne Venere, dea acerbissima, derideretur. Mox autem secreta cupidine summo opere aucta dissimulare eam amplius non potuit: tabescit, deperit, fatum obit atque Venere turpissimis opprobriis cumulata quae unice dilexerat valere iubet ipseque profitetur:

ἦ γὰρ ἐγὼν ὑπ' Ἔρωτος ἐς Ἅιδαν ἕλκομαι ἤδη,
Δάφνις ἐγὼν ὅδε τῆνος ὁ τὰς βόας ὧδε νομεύων,
Δάφνις ὁ τὼς ταύρως καὶ πόρτιας ὧδε ποτίσδων. vss. 130. 120. 121.

Sed iam textus verba ipsa consideremus quomodo sint scribenda. Et primum quidem breviter exponam quid mihi videatur; nam hoc mihi persuasissimum est verba ita scripta ut in plerisque inveniuntur editionibus aptum sensum non praebere, sed una vocula paullum mutata omnia quam optime congruere optimumque exsistere sensum. Itaque sic legi volo:

— — *Δάφνι τάλαν, τί τὺ τάκεαι; ἁ δέ τε κώρα*
πάσας ἀνὰ κράνας, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται.
Ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς!
Ζατεῖ σ'· — ἆ δύσερώς τις ἄγαν καὶ ἀμήχανος ἐσσί. — vss. 82.—85.

Primum verbum *ζητεῖν* hic solum aptum et necessarium esse et scholiastes declarat et omnes quos novi editores praeter Hemsterhusium, Brunckium, Valckenarium, Kiesslingium intellexerunt, quamquam fere pro suo quisque iudicio alia eiusdem verbi forma usus est. Scholiastes dicit: „*πάντῃ δὲ πλανᾶται ζητοῦσά σε. Εἰρωνευόμενος δὲ λέγει πρὸς αὐτὸν τοῦτο· αὐτὸς γὰρ μᾶλλον ἐζήτει, διὰ τοῦτο καὶ δύσερως.*“ — Sed si codices, in quibus omnibus hoc verbum quidem invenimus, respicimus, quantam tamen horremus lectionum varietatem quum legimus: et *ζάτευσα δυς* — et *ζατεῦσα δυς* — *ζητοῖσ'* — *ζατοῖσ' ἆ* — *ζατεῦσ' ἆ* — *ζατοῖσα*. Quos contulit Wordsworthius codd. Anglorum nondum ante collatorum duo habent *ζατεῦσα δυς* — (codd. Harl. Lond.), unus *ζητεῦσα* (cod. Burn.); de relicuis vid. deinceps. —

Equidem autem quum *ζατεῖ σ'· ἆ* — scribi velim et supra dixerim coniecturae hic prorsus locum non esse — quod Hemsterh. et Hermannus crediderunt —, sed textum una vocula paullulum mutata sanari posse, habeam necesse est quo lectionem quam proposui fulciam. Habeo sane et quidem codices, quamquam non plus tres eorumque duo recentiores. Sic in codice Mediolanensi 1. bombycino optimae notae saeculi XIII. (cui Zieglerus maximam tribuit auctoritatem, quamquam nostro loco eum non secutus est) scriptum est: „*ζατεισα δυσερως*“, et in duobus codd. Wordsworthianis, Cantabrigiensi et Butleriano eandem invenies lectionem. Horum codd. auctoritatem ut concedam minoris esse momenti — quamquam Mediol. 1. quidem plurimum valet —, tamen aliquantulum valet. Et quidem multum valet, modo totum hunc locum accuratius consideremus. Priapus, cuius omnia haec verba sunt a v. 82. usque ad v. 91., luctum morientis Daphnidis solamine levare tentans, quum amor eius tam tristis et flebilis mirus ipsi videatur, eum adloquitur: „Daphni miser, quidnam ita tabescis? non est tam aspera puella ut tu credis; immo cupidine flagrans in vestigiis tuis haeret ubique te quaerens“ cet. i. e.:

— — *Δάφνι τάλαν, τί τὺ τάκεαι; ἁ δέ τε κώρα*
πάσας ἀνὰ κράνας, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται
ζατεῦσα· (scilic. *σέ*). —

Sic Theocritus certe scripsisset, si aliter totum cantum instituisset, si simpliciter intercalaribus versibus omissis, omni strophica arte neglecta miseri Daphnidis mortem canere

voluisset. Sed hoc nec fecit nec facere voluit; nam quis est quin videat praeter egregium ac propemodum divinum argumentum formam, strophica arte excellentem, ad praecipuum totius carminis decus pertinere? Atque hoc Theocritum spectasse testantur tres illi trium partium versus intercalares, quorum alter:

ἄρχετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, πάλιν ἄρχετ' ἀοιδᾶς!

ut supra accuratius demonstravi, temere ab interpretibus omissus est; testantur cantus partes secundum et argumentum et formam tripertiti. Quum autem omnes codices post verba *ποσσὶ φορεῖται* versum intercalarem exhibeant; quum viderimus post haec verba novam incipere stropham sex *στίχους* habentem — quae respondet ei qua continentur versus 77. 78. 80. 81. 82. 83. — et idcirco, sicuti ante unam quamque stropham versum intercalarem poni necesse esse: quid est quod Hemsterhusium, Brunckium, Valckenarium, Kiesslingium, Jacobsium, Wuestemannum alios impulerit, ut eum uncis includerent et ita quodammodo delerent? Codicum auctoritas hoc efficere non potuit, ut modo diximus, quippe qui omnes intercalarem habeant. Sed quid tandem fuit? Codicum auctoritas fuit; codicum auctoritate sola, nullo alio argumento nisi versum intercalarem e verborum contextu removere ausi sunt. At quale *παράδοξον!* dicere: codicum auctoritatem hoc efficere non potuisse et argumentis confirmare verum esse eorum auctoritatem hoc non fecisse, attamen deinde contendere nulla alia causa nisi codd. auctoritate ductos illos viros hoc fecisse? Res est simplicissima. Videte vero, quos in errores incidere possint viri vel doctissimi nimis anxie unam aliamve codd. lectionem tuentes, in rebus autem aliis, quae maioris momenti sunt, aliquantulum conniventes. Id omnibus his philologiae ut ita dicam *κορυφαίοις* accidit. Quum enim antiquissimorum et plerorumque codd. lectionem *ζατεῦσ᾽ ἅ* — i. e. „quaerens" scil. puella te — tueri vellent delictumque se commissuros putarent, si aliam lectionem, non minus codd. auctoritate etiamsi paucorum et (duorum quidem) recentiorum confirmatam reponerent: aliud delictum commiserunt et meo quidem iudicio maius, quippe quum hoc modo totius cantus eximiam convenientiam a poeta spectatam temere tollerent. Nam hoc pro certo habebant, si post verba *ποσσὶ φορεῖται* commate interpungeretur participiumque reciperetur *ζατεῦσ᾽*, versum intercalarem uncis includi necesse esse, ne verborum arctam interrumperet cohaerentiam. Itaque plurimorum codd. auctoritatem tuentes omnium prorsus laeserunt. —

Nos contra eorum exemplo meliora docti, ne idem nobis obiiciatur, quum omnium tum nonnullorum — quibus opus est — respicientes codd. auctoritatem lectionem paucorum, ut sint recentissimi, quamquam non sunt, recipere quam omnium neglegere malumus. Itaque cum parva nostra illorum trium codicum *ζατεῖ σ᾽ ἅ κ. τ. λ.* exhibentium manu critica capimus arma adversus innumerabiles illas legiones et a nobis dissentientium et Theocriti artem vel male tractantium vel omnino tollentium. Age vero, post verba *ποσσὶ φορεῖται* puncto interpungamus et pro *ζατεῦσ᾽ ἅ* — scribamus versu intercalari interposito *ζατεῖ*

δ᾽· ἁ δύσερώς τις κ. τ. λ. Sic optimus exsistit sensus, is, quem omnes illi viri quos supra nominavi frustra quaesierunt, quem non aliter adipisci se posse putarunt, nisi vim adferrent poetae arti. Thyrsidi enim iam novi aliquid adlaturo (Thyrsis autem haec Priapum canentem facit) — *ἄρχετε βουκ. κ. τ. λ.* — iterum in mentem venit miserae puellae pariter Daphnidis amore ardentis atque ille eius desiderio flagrat. Idcirco postquam iam in antecedenti stropha dixit: *ἁ δέ τε κώρα — ποσσὶ φορεῖται,* addit his quasi rem etiam maioris momenti: *ζατεῖ σε*: „immo ipsa te quaerit, quum tuum sit eam ubique quaerere; tu vero hic iaces miser et tabescens et tantopere amore deperditus, ut nihil agas teque puellamque morti devoveas.“

Quodsi obiecerit quispiam veri similius videri Theocritum novam stropham cum intercalari antecedentis strophae sententia nondum prorsus absoluta incipere sibi non concessisse: is respiciat locum huic paene gemellum in eiusdem cantus parte tertia, verss. 123.—128., ubi pariter atque hic quae in praecedenti stropha dicta sunt nova ab intercalari versu incepta eadem continuantur. Versus sunt hi:

ὦ Πὰν Πάν, εἴτ᾽ ἐσσὶ κατ᾽ ὤρεα μακρὰ Λυκαίω,
εἴτε τύγ᾽ ἀμφιπολεῖς μέγα Μαίναλον, ἔνθ᾽ ἐπὶ νᾶσον
τὰν Σικελάν, Ἑλίκας δὲ λίπε ῥίον αἰπύ τε σᾶμα
τῆνο Λυκαονίδαο, τὸ καὶ μακάρεσσιν ἀγατόν.

Λήγετε βουκολικᾶς, Μοῖσαι, ἴτε, λήγετ᾽ ἀοιδᾶς!
ἔνθ᾽, ὦναξ, καὶ τάνδε φέρ᾽ εὐπάκτοιο μελίπνουν κ. τ. λ.

Et quis est quin videat nostro loco, quippe in stropha quae iam alteri, quae antecessit, respondet — in antistropha — multo magis et facilius fieri potuisse, ut continuarentur ea quae iam in antecedenti stropha inchoata erant, quum Theocritus idem sibi indulserit ubi prorsus nova sequitur stropha, veluti l. l. vss. 123.—128. —

Restat, ut Hermanni sententiam refellere coner; nam de coniectura Hemsterhusii — quem sequuntur Brunckius, Valckenarius alii — contra omnium codicum auctoritatem *ζαλοῖσ᾽* scribentis taceam. Hermannus enim locis aliquot aliorum poetarum Daphnidis amoris mentionem facientium adductus *ζάτευ᾽* — imperativum verbi *ζητεύειν* — scribendum coniecit. Sed ipsum audiamus dicentem: „Scribendum puto *ζάτευ᾽*: „quin quaere eam“! Utuntur hoc verbo Homer. hymn. Apoll. vs. 215: *ζητεύων κατὰ γαῖαν ἔβης.* — hymn. Merc. 392. — Hesiod. opp. et dies v. 398. — Vulgatae lectioni res ipsa repugnat. Neque enim quaerebat, sed fugiebat Daphnin puella. cf. Nonni XV. 307. p. 430. 20.:

ἃ πόσα Δάφνις ἄειδεν ὁ βουκόλος· ἀμφὶ δὲ μολπῇ
παρθένος ἀστιβέεσσιν ἐκεύθετο μᾶλλον ἐρίπναις,
ποιμενίης φεύγουσα βοῆς μέλος. κ. τ. λ.

Adstipulatur Vergilius, qui e praecedentibus Theocriti verbis illud hausit — eclog. X. —

— — — Tua cura, Lycoris,

perque nives alium perque horrida castra secuta est." —

Haec Hermannus; nos nostra videamus. Primum iam Jacobsius et in animadversionibus in carmina Theocriti et ad hunc locum et ad v. 100. in editione Theocriti verissime monet hanc de Daphnidis amore fabulam non esse ex aliis scriptoribus explicandam, quippe quorum nullus cum Theocrito satis amice conspiret. — cf. Welck. in Jahni anall. 1829. tom. I. fascic. 3. p. 287. sqq. — Deinde vero, quod ad Vergilium adtinet, quis est quem fugiat omnino aliter eum in ecloga X. tota infeliciter condita — ubi cf. Fr. Guil. Graseri, cui non possum non prorsus adsentiri, epistolam ad Guil. Richterum, profess. reg. scriptam, in programmat. gymn. Guben. sem. hib. 1838. edito — sibi C. Cornelii Galli Foroiuliensis amorem finxisse quam Theocritum Daphnidis, licet hoc primum idyllium solum ecloga illa imitari conatus sit Vergilius. Tum denique quum accedat auctoritas scholiastae et codicum mss., qui omnes uno consensu in maxima lectionum varietate litterulam *σ* — *ζατοισα* — *ζατευσα* — *ζητευσα* — *ζατεισα* — exhibent, nescio an Hermanni coniectura, quamvis sit ingeniosa, reprobanda sit. —

Haec habebam quae de locis aliquot primi idyllii difficilioribus scriberem. Sin temere aliquid praeterisse aut non satis recte dilucide eleganter tractasse videbor, doctus ab aliquo facile et libenter sententiam mutabo. „Non enim parum cognosse", inquit Cicero, „sed in parum cognito stulte et diu perseverasse turpe est; propterea quod alterum communi hominum infirmitati, alterum singulari uniuscuiusque vitio est adtributum." —



Schulnachrichten.

I.

Lehrverfassung des Gymnasiums.

Prima.

Ordinarius: *Der Director.* Cursus zweijährig.

Religion. 2. St. Zusammenfassende Uebersicht der christlichen Lehre und Lektüre des Römerbriefes im Grundtext. *Der Director.* — *Deutsch.* 3 St. Litteraturgeschichte der älteren Zeit bis zum Ausgange des Mittelalters und Lektüre der entsprechenden Abschnitte in dem deutschen Lesebuche von Schauenburg und Hoche. Uebungen im freien Vortrage. Correctur von 10 Aufsätzen. O.-L. *Schultz.* — *Lateinisch.* 8 St. Horat. Carm. I. II. und IV. Sermon. lib. I. 2 St. G.-L. *Adrian.* Cicer. de Orator. I, II, III. und Tacit. Ann. I cursorisch: Sallust Jugurtha und Cic. de imp. Cn. Pompeji. 3 St. Stilübungen, Exercitien, Extemporalien, metrische und freie Arbeiten. 3. St. *Der Director.* — *Griechisch.* 6 St. Hom. Il. VII—XII u. XIX—XXIV. 1 St. Soph. Philoct. und Electra. 2. St. *Der Director.* Thucyd. I. und II. mit einzelnen Auslassungen. Privatim. Herodot VII. und Plutarch. Lycurg. 2 St. Wiederholung der wichtigsten Regeln der Syntax und Correktur der Exercitien und Extemporalien (14tägig) zur Befestigung in der Syntax. 1 St. *Der Prorector.* — *Hebräisch.* 2 St. Jos. c. 1—10. Ps. 69—82. Cursorisch: Gen. 37 und 39—44. Wiederholung der Formenlehre und das Wichtigste aus der Syntax. Exercitien und Analysen. O.-L. *Beissert.* — *Französisch.* 2 St. l'expédition de Crimée par Bazancourt. Exercitien und Extemporalien zur Einübung der Syntax. G.-L. Dr. *Mewes.* (In Vertretung der Director). — *Geschichte.* 3 St. Geschichte des Mittelalters nach Dietsch, mit besonderer Berücksichtigung der geographischen Verhältnisse Europas. Repetition der neueren Geschichte. *Der Prorector.* — *Mathematik.* 4 St.

4